

Orbis Pictus
Chapter V

Ignis ardet, urit,
cremat.
Scintilla ejus elisa
e *Silice*, (Pyrite) 2.
Ope *Chalybis*, 1.
et excepta a *Fomite*
in *Suscitabulo*, 3.
accendit *Sulphuratum*, 4.
et inde *Candelam*, 5.
vel *Lignum*, 6.
et excitat *Flammam*, 7.
vel *Incendium*, 8.
quod corripit
Ædificia.
Fumus, 9.
ascendit inde,
qui, adhærans
Camino, 10.
abit in *Fuliginem*.
Ex *Torre*,
(ligno ardente,)
fit *Titio*, 11.
(lignum extinctum.)
Ex *Pruna*,
(candente particulâ
Torris,)
fit *Carbo*, 12.
(*Particula mortua*.)
Quod remanet,
tandem est *Cinis*, 13.
& *Favilla* (ardens *Cinis*.)

Name: _____

Date: _____

ignis ardet, urit, cremat

scintilla silice

chalybis, fomite

sulphuratum

flammam incendium

fumus, fuliginem

pruna, carbo

cinis, favilla,